

Werk

Titel: Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossett[m] Episcopvm faventivn

Jahr: 1646

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN367611805

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

LOG Id: LOG_0239

LOG Titel: De Merope altero. Cap. XLVI.

LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN367611716

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

MORES. INGENIVM. PIETAS.

Merops avis migratoria est, nec in uno loco perseverat. Astuta, & uaria esse prohibetur, ut potè quæ pullos, ne quis eos cepiat, de loco ad locum transferat, uel si insidatores prius conspexerit, sese ipsa ad diuersa loca recipiat, ne ubi eos nutriat præsentia sua manifestet. Aristoteles author est, *esse qui confirmit Meropes genitorum senectutē in uicem educare vicemque reddi, ut parentes non modo senescentes, verū metā statim, cū iam datur facultas, alantur opera liberorum, nec matrē, aut patrē exire, sed incubili manentes pasci labore eorū quos ipsi genauerunt, enutrierunt, educarunt.* Quod certè insigne piétatis argumentum est, adeò ut de Merope non minus, quam de Ciconijs ἀντισελαργεῖα dici possit. Imò uero a Aelianus scri ^{a L. XI.} debit Meropem esse Ciconiarum iustissimam, quod educandis parentibus senium haud quaquam ^{Ani. c. 30.}

arbitretur expectandum, sed ipsum id a gero protinus uolatus celestioris compotem. Quo coniectatum inter cunctas esse aves, tum iustissimam, tum uero piissimam.

CAPIENDI RATIO.

Retibus, & visco in agro Bononiensi capit; in Creta à pueris referente Bellonio, cicadis hoc pacto: Cicadam acicula instar hami curuata transfigunt, eamq. filo annexant, & extremitatem fili in manu retinent. Cicada sic transfixa sublime petit; in quam subinde conspectam Merops impetuū facit, & devorata simul cum cicada acicula filo adhærens capit.

MORALIA.

Merops illaqueata alias etiam aves in eisdem laqueos pertrahens, sponsonem non esse præstandam significat, iuxta antiquissimum Thaletis dictum; *præne eis.* Hinc. ^{a Al-} ciatus.

Nepras esio, Thales dixit, sic illata visco

In laqueos sociam Parra Merosq. trahit.

^{a Emb.}
186.

Merops etiam haud aliter ac Ciconiæ pietatem à nobis colendam esse admonet, quæ nempe ut paulò ante dictum est, quam primùm volare cœperit, sponte animum ad necessaria parentibus suis subministranda conuertit.

MEDICA. VSV.

Merops in cibo improbat. ^{a L. de lx.} Rasis carnem Alkemi quam avem Meropem esse Ornithologus coniicit, austera esse dixit, & concoctu difficultem, sed inflammationibus prodesse, & fel eius si cum gallis, oleo omphacino misceatur, capillis firmam nigredinem inducere & frigam in oleo manus ab apum punctionibus immunes reddere. Kiranides Meropem, & cor eius, E credere fas est, amorem conciliare, in cibo cardiacos, ictericos, & stomachicos iuware, & fel cum melle, & succo rutæ oculorum suffusionem sanare tradidit.

^{Ani. c. 48.}

DE MEROPE ALTERO. Cap. XLVI.

Avem hanc, cuius modo iconem exhibemus, Germani Seeschvvalm, hoc est, Hirundinem marinam vocant, cùm quia primo inspectu partim pedum breuitate, partim etiam volatu, tum quoniam inter volandum muscas capter, Hirundinem referre videatur. Ego uero Meropi potius, quam Hirundini congenetem fecerim, quoniam toto ferè cælo ab Hirundine marina differt. Est uero hæc volutis superiore paulò longior, & ut icon etiam demonstrat, toto corpore multò crassior. Rostrum huic nigrum, lögum, acutum, & propius ad falcem messoriæ, quam in illa accedens. Caput, collum, pectus & totus ferè venter flauescunt. A rostro maculam habet nigrum, maximam, quæ per oculos retro ad colli initium usq. defertur. Ornithologus de colore dorsi, alarum & totus ferè avis perpetam scripsit, neq. Dorsum. id mirum est, cùm nunquam sese eam conspexisse dicat. Dorsum itaq. non ex viridi & flavo, vt ait. Ille habet, permixtum est, sed castaneum, prope vropygium uero talis color conspicitur. Alaru pennæ, quas in extremo virides dixit, varijs coloribus insigniuntur. Primæ enim cæruleæ sunt, secundæ ex cæruleo, & flavo mixta, tertiæ omnino flauæ, quartæ, remiges nempe nigrae, & in Cauda, extremitatibus rubrae. Cauda in summitate insigniter virescit infra uero per bellum flauescit, ita Pedes. ut semiuividis, & semilutea videatur. Pedes habet luteos, vngues nigros.

^{Hirundo}
^{marina.}

^{Magnita-}
^{do.}

^{Eostrum.}

MEROPI CON GENER.

